



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

ximè ad veritatem accedit ea quam
Ildefonsus Sanctius, Philippi II. Regis
pictor (qui exprimendis ad vivum re-
bus maximè excellit) me præsente &
commonente, ex prototypo Romano
Mantua Carpentanorum depinxit,
hoc ipso anno salutis nostræ M. D.
LXXXV.

VITÆ IGNATII LOIOLAE

LIBER QVINTVS

P R A E F A T I O .

AC T E N V S de vita
Ignatij, & morte dixi-
mus, quæ nobis ad conti-
nuationem quādam hi-
storiæ, seriemq; cōtexē-
dā pertinere visa sunt. Nunc operæpre-
tium me facturum arbitror, si aliqua
de eius virtutibus separatim dixerim.
Quanquam enim in ijs, quæ de Ignatio
explicata à nobis sunt, omniū virtutū

Z 3 illius

illius eminent insignia, & probatissimi
integerrimiq_z animi lumen elucet: in-
terdum tamen ipsa recte facta, alia-
rum rerum narratione obscurantur:
& ut maximè appareant, implicata
tamen cum alijs & coniuncta minus
delectant & perinquent, & agendi
verissimam rationem docent, quam
cum seorsum spectantur, neque pondi-
re solum, sed numero etiam lectorem
excitant. Tenuia vero quædam cur re-
censuerim, dicerem, nisi religiosis homi-
nibus, & parentem nostrum Ignatium
imitandi cupidissimis, hæc scriberem.
Quibus persuasum nimirum est, parua
non esse, sine quibus maiora constare
nequeunt: & in perfectionis acquiren-
dæ studio, Qui spernit modica, pau-
latim decidere: contraq_z, iuxta
Christi Domini nostri' sententiam,
Eccl. 19.

Luca 16. Qui fidelis est in minimo, & in maio-
ri fidelem esse. Et quoniam vos ego,
fratres, intueor, vos meus hic, qua-
biscunque est, conatus spectat, comme-
morandus

morandi Ignatij virtutibus, illum ordinem sequar, quem Ignatius ipse in Constitutionib. tenuit, cū perfectā Præpositi Generalis formam describeret. Nam nihil minus quam de si cogitās, suis coloribus se mihi videtur pinxit. Neque tamen omnia persequar, quæ mihi comperta sunt, sed pauca quædā ex multis excerptam, quæ vel illustriora, vel ad exemplum commodiora videntur. Sic enim & breuitati, & letorum utilitatseruiam.

DE ORATIONIS GRATIA, ET
familiaritate cum Deo.

CAPUT PRIMVM.

VTigitur de ea, quæ primo loco in Constitutionibus ponitur, deuotionis virtute dicam⁹, quæ Deo hominem iungit, & ex perenni illo diuinitatis fonte haurit, quæ in ali⁹ effundat: singularem quandam orationis gratiā in Ignatius habuit,

Ex quo primum diuina luce illustratus est, & à sœculi vanitate ad Deum conuersus, omnes contendit neroos,